



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 124. Principum ac Virorum illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

scopus præcepit. Altera die, quarta & ultima Statutorum pars fuit prælecta: die Sæc. XVII.  
A.C. 1610. autem octava Octobris præfati Deputati suas sententias, & judicia de hisce decreatis Synodalibus ferebant, quæ Episcopus se cum suis Consiliariis perpensurum spopondit, simulque egit de subsidio ad Seminarium, necnon ad præfentes tumultus bellicos liberaliter conferendo. Tandem die nona Octobris Episcopi Vicarius contra eos, qui ad hanc Synodum vel omnino non comparuerunt, vel legitime sese non excusarunt, reclamabat, professus, quod hæc absentia nec Synodo nec Episcopi iuribus ullo pacto fraudi esset, nec vicissim Episcopus per hæc Statuta ulli in suis exemptionibus & privilegiis quicquam derogare intendat.

### §. CXXIV.

#### *Principum ac Virorum illustrium obitus.*

Hunc annum sibi ac vitæ suæ exitia- *Merc. Gal-*  
*lobelg. an-*  
*fimi Viri, quos inter Electorali digni-*  
*tate conspicuus erat Fridericus IV. Co-*  
*mes Palatinus Rheni, qui die octava*  
*Septembbris Heidelbergæ subitanea mor-*  
*te extinctus est, cujus Electoratus ad-*  
*ministrationem Joannes Comes Palati-*  
*nus*

Sæc. XVII. nus Rheni Bipontinus adiit, Neobur.  
A.C. 1610. gico Principe incassum reclamante:  
Exeunte eodem hoc Mense Eberhardus  
de Dünheim Episcopus Spirensis febri  
ardenti correptus Udenheimii mortali-  
tatem exuit, die decima Octobris Spi-  
ræ in Ecclesia Cathedrali, funebri, ma-  
gnifica tamen pompa, sepultus. Suc-  
cesserat eidem Philippus Christophorus  
Sæternius, qui a defuncto Antistite  
Coadjutor jam superiori anno nomina-  
tus duodecima Octobris die consueto  
ritu publice Episcopus est renuntiatus  
atque inauguratus. Jam antea die vi-  
gesima secunda Julii Petrus Henriquez  
Fontanus Comes Mediolanensis Guber-  
nator anno ætatis suæ octogesimo quinto  
vitam finierat, cujus corpus in Tem-  
plum Sanctæ Mariæ Celsæ die vigesima  
sexta ejusdem Mensis delatum est; Suc-  
cessor ejus erat Joannes Velasquez Co-  
nestabilis Castiliensis, Vir pacis studio-  
fissimus, cujus auspiciis pax superiori-  
bus annis inter Hispanos & Anglos fir-  
mata fuerat. Erat Fontanus Philip-  
po II. Hispaniæ Regi fidelissimus, qui  
fortitudine, ac militari experientia,  
pace & bello summus, ingens sibi no-  
men comparabat; quippe in Belgio con-  
tra Gallos re feliciter gesta, atque oc-  
cupata Cameracensi urbe, ad Dorla-  
num eos ingenti clade affecerat. Præ-  
terea

terea nimis tempestive Joannem Richar- Sæc. XVII.  
dotum, verum pacis Angelum mors A. C. 1610.  
die tertia Septembris interceperat, eo  
tempore, quo ad componendas Julia-  
censes lites in Gallias missus inde re-  
vertebatur. Agebat regnante Parmen-  
si Duce Belgii Gubernatore Præsidem  
Atrebatensis Senatus: postea supremus  
secreti Consilii apud Albertum Archi-  
ducem Brabantæ Ducem Præses ele-  
ctus, huic & Hispano Regi in Belgicis  
rebus incredibilem industriam, dexteri-  
tatem, & fidem probabat, maximis  
quibusque negotiis pertractandis adhi-  
bitus; Anno Christi millesimo quin-  
gentesimo nonagesimo octavo Vervini  
cum Gallis & Hispanis pacem, &  
postea Hispanos inter & Anglos fœ-  
dus concluserat, Vir Religionis ac pa-  
triæ suæ amantissimus. Præterea præ-  
clarum dexteritatis suæ specimen edi-  
derat, dum anno Salutis nostræ mil-  
lesimo sexcentesimo septimo inter Hi-  
spanos & Batavos duodecim annorum  
indicias firmabat, non sine maximo  
totius orbis applausu. Sepultus est  
per honorifice Bruxellis, ipso funus co-  
mitante Alberto Archiduce. His merito  
accensendus venit Philippus Canonius  
Fraxineus Parisiensis Curiæ Senator,  
qui Mornæo per Perronium devicto re-  
lictis Calvinianis ad Catholica castra  
tran-



Sæc. XVII. transiit, utilemque Regi suo & Venetis  
A. C. 1610. composito eorum dissidio operam nava-  
bat, obiit die vigesima septima Fe-  
bruarii.

## §. CXXV.

*Synodus Diœcesana Warmiensis  
& Graffensis.*

*Concil.  
Germ. l. c.  
Gallia Chri-  
stia. tom. 3.  
p. 1096.*

Cum Warmiensis Episcopatus intra vi-  
scera Prussiæ Ducalis situs diversa-  
rum hæresum morbis ad desperationem  
usque laboraret, Simon Rudnickii il-  
lius Episcopus hoc anno Mensis No-  
vembri Synodum habuit, cuius poti-  
fima decreta ad extirpandam hæresin,  
implantandam fidem Catholicam, &  
restaurandos Cleri populique mores col-  
limant. Porro hujus Synodi acta bien-  
nio post typis edita prodierunt.

Pariter Graffæ Synodum celebra-  
bat Honoratus de Laurens Arelatenis,  
qui antea uxore ducta, in suprema Aquen-  
si Senatu per viginti annos Regium  
cauſarum forenſium Actorem agebat,  
demum vero militiam Sacram profes-  
sus, ab Henrico IV. ad Ebrodunensem  
Episcopatum nominatus est. Fuit is  
pietate & doctrina celebris, honorum  
contemptor, & Divinæ gloriæ vindex,  
qui spreta lecti molitia super strami-  
neam culcitram decumbens corpus va-  
xiis afflictationibus domabat. Diæcelis  
pedes